

Der folgende Text soll in angemessenes Deutsch übersetzt und durch die Bearbeitung der unter II. gestellten Aufgaben sprachlich erläutert werden.

I. Übersetzung

- 0 a Accipe, Dardanide, moriturae carmen Elissae;
0 b Quae legis, a nobis ultima verba legis.
1 Sic ubi fata vocant, udis abiectus in herbis
2 Ad vada Maeandri concinit albus olor.
3 Nec quia te nostra sperem prece posse moveri,
4 Adloquor: adverso movimus ista deo;
5 Sed meriti famam corpusque animumque pudicum
6 Cum male perdiderim, perdere verba leve est.
7 Certus es ire tamen miseramque relinquere Didon,
8 Atque idem venti vela fidemque ferent?
9 Certus es, Aenea, cum foedere solvere naves,
10 Quaeque ubi sint nescis, Itala regna sequi?
11 Nec nova Carthago, nec te crescentia tangunt
12 Moenia nec sceptro tradita summa tuo?
13 Facta fugis, facienda petis; quaerenda per orbem
14 Altera, quaesita est altera terra tibi.
15 Ut terram invenias, quis eam tibi tradet habendam?
16 Quis sua non notis arva tenenda dabit?
17 Scilicet alter amor tibi restat et altera Dido,
18 Quamque iterum fallas, altera danda fides.
19 Quando erit, ut condas instar Carthaginis urbem,
20 Et videas populos altus ab arce tuos?
21 Omnia ut eveniant, nec te tua vota morentur,
22 Unde tibi, quae te sic amet, uxor erit?
23 Uror, ut inducto ceratae sulphure taedae,
24 Ut pia fumosis addita tura rogis.
25 Aeneas oculis vigilantis semper inhaeret,
26 Aenean animo noxque diesque refert.
27 Ille quidem male gratus et ad mea munera surdus,
28 Et quo, si non sim stulta, carere velim;
29 Non tamen Aenean, quamvis male cogitat; odi,
30 Sed queror infidum quaeque peius amo.
31 Parce, Venus, nurui, durumque amplectere fratrem,
32 Frater Amor: castris militet ille tuis.
33 Aut ego quem coepi, neque enim dedignor, amare,

34 Materiam curae praebeat ille meae.

Herbst 1992

- 2 -

35 Fallor, et ista mihi falso iactatur imago:

36 Matris ab ingenio dissidet ille suae.

37 Te lapis et montes innataque rupibus altis

38 Robora, te saevae progenuere ferae,

II. Sprachliche Erläuterungen

1. Warum wäre die Verwendung des Partizipium fut. **moriturae** in klassischer Prosa nicht möglich?
2. Wie ist der Konjunktiv **sperem** in Z.3 zu erklären?
3. Welche Redefigur findet sich sowohl in Z.8 als auch in Z.9?
4. Was ist metrisch auffallend in Z.27?